

ANTONI PEREZI I.C.

S. C. & R. Majestatis Consiliarii, In
Academia Lovaniensi Legum
Antecessoris,

I V S P V B L I C V M ,

Quo Arcana & Iura Principis
exponuntur.



A M S T E L O D A M I .

Apud Ludovicum & Danielem Elzevirios ,

c I o I o c L V I I .



Serenissimo Principi,

IOANNI

AUSTRIACO,

Belgarum, & Burgundionum,

Gubernatori.

Dicitur Ermitte, Magne Princeps,
ut hoc munusculum Tibi
offeram. Munusculum ar-
gumento tuum. Jura Prin-
cipis, & Publica sunt, ex Taciti Anna-
libus potissimum deprompta. Hinc
& maxima Reipublicæ pars Militia
asseritur. Quibus jam sic præfuisti, ut
exceperis Majorum famam, & value-
ris sustinere, acriter hostem quem-

* 3.

cum-



ANTONI PEREZI
IVS PUBLICVM.

Potestas Civilis.

Verustissimi mortalium nulla Tacitus,
ad huc mala libidine , sine ^{lib. 3.}
probro scelere, eoque sine pa-^{am.}
na & coercitionibus age-
bant , neque præmiis opus
erat , cum honesta suopte ingenio peteren-
tur , & ubi nihil contra morem cuperent ,
nihil per metum vetabantur. Verum cre-
scente paulatim hominum malitia ; Pru-
dentia tandem naturali quodam lumine ,
omnes in civilem societatem coegerit , ea-
que sic constituta , omnium consensione ,
exorta est *Civilis* quædem altior *Potestas* ,
quæ nimirum sua sceleribus supplicia , &
virtutibus præmia decerneret , justitia &
pace omnes tueretur . Quia tamen ista
Potestas per universum corpus diffusa es-
se non potuit , ne alias summa in statuen-
do & exequendo nasceretur confusio , quia
item necesse erat , ut alius imperaret , obe-
dit

Potestatis
civilis
origo.